Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ad euangelizandum distinauit. Deniq: & in ueteri testamento p̄cipuos quosq: suae dispen
sationis nuntios pastores ordinauit. cuius dñs n̄r. protomartyr abel qui innocuā pastoralis
offici conuersationem proprio sanguine dicauit. Cuiusq: in figuram dominice passionis
sanguis clamat de terra. quasi doctissimus ac primus opilionū primitias gregum suorum
dño deuotus offerebat. Abraham pat̄ fidei qui exultauit ut uideret diem xp̄i. & uidit
& gauisus ē. Non auri metalla quib: sui cultui ornamento conquireret. sed aquarum fontes
quib: pecora potaret. interueuenis fodiendo quaesisse describitur. Jacob duodecim tribuū
pat̄. bis denis annis in pascendis pecorib: aestu urebatur & gelu quorum in figuram ueri pastoris
habitum ostensa inter doctrinae salutaris aquas uirtutū suarū uari et ate statu sublimiore
donabat. legis lator moyses qui prius in typum ecclesiae septiformis. sorores septem pascentes
ab inruentium pastorum donec suas oues adaquarent inprobitate defendit. postmodum inter
pascua deserta dñm uideri & alloqui atq: in uirga pastorali signa facere ac populū dī liberare
promeruit. Ipse dauid uocari & ee dignatus ē. filius ari et em sui patris de manu ursi uel leonis
eripiens. ostendit eum de sua stirpe & ciuitate nasciturum. cui similis non ē. eripiens inopem
de manu fortioris eius egenū & pauperem a rapientib: eum. Et ideo non ē. paruiducenda pasto
rū attestatio qui tunc uigilare & angelice exultationis hymnū audire meruer̄. quando re
lictis in deserto nonaginta nouem ouib: ad requirendā ouem centesimā bonus pastor apparuit.
Cuius semp aduentum totus fidelium grex desiderans inplorat. Erraui sicut ouis quae perie
rat. require seruum tuum dñe.

Maria aut̄ conseruabat omnia uerba haec conferens in corde suo.

Quid uult hoc qd̄ dicit. conferens. debuit dicere considerabat in corde suo & conseruabat in cor
de suo. sed quia scās scripturas legerat & sciebat prophetas. conferebat ea quae secum sunt acta
de dño cum his quae nouerat a prophetis scripta de dño. & conlata ad inuicem cognouit instar caelesti
um cherubin socia sui uultus luce concordia. Dixerat enim gabrihel. Ecce concipies in
utero & paries filium. p̄dixerat esaias. Ecce uirgo concipiet & pariet filium. p̄dixerat micha
filia sion in turre gregis aduenturas & potestate primā tunc ee uenturam. Dicebant pasto
res supernae sibi ciuitatis in turre gregis apparuisse cohortes quae natū canerent xp̄m. Lege
rat maria bos cognouit possessorem suum. & asinus p̄sepe dñi sui. Uidebat in p̄sepe dī filium
uagientem qui homines saluat ac iumenta. & in his singulis atq: huiusmodi conferebat quae lege
rat & conparabat his quae audiebat & uidebat.

Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes dm̄ in omnibus
quae et audierant et uiderant sicut dictum ē ad illos.

Glorificant pastores & laudant dm̄ in omnib: quae audierant ab angelis & uiderant in bethleem.
sicut dictum ē ad illos. Id ē. & in hoc glorificant qd̄ non aliud uenientes inuenerant quā
dictū ē ad illos. siue sicut dictum ē ad illos. gloriā dō laudesq: referunt. & hoc enim illis